

_____ est bēstia fera!!

Lingua Latīna - Capitulum X

Exercitium 1

āēr āla aquila asinus avis bēstia capit cauda cum
deus facit fera ferus homō leō mercātor movet
natat nūntius pēs piscis potest / possunt quod volat

1. Lupus et canis et ovis _____ [= animalia] sunt.

2. Virī et fēminae _____ sunt.

3. Lupus est bēstia _____ [= quae aliās bēstiās edit!];
etiam _____ [→] bestia fera est.



4. In Āfricā sunt multī leōnēs et aliae _____ [=
bēstiae quae hominēs edunt].



5. _____ sunt bēstiae quae in aquā _____ [= movēre in aquā].



6. _____ sunt bēstiae quae in āere _____ .[= movēre in āere].



7. _____ est magna avis fera quae parvās avēs
_____ [= sumit] et ēst.

8. Avis quae volat ālās _____ ; piscis quī natat _____



movet.

9. Homō quī ambulat _____ movet.



10. _____ homō ambulat, pedēs moventur.

11. Cum avis in _____ [= caelum] volat, _____



moventur.

12. Avis ālās habet, itaque avis volāre _____.

13. Leō volāre nōn potest, _____ [= quia] ālās nōn habet.

14. Hominēs, quī pedēs habent, ambulāre _____.

15. Quī ambulat vestīgia in terrā _____ . [: vestigia in terrā relinquit]



16. Nōn solum equus, sed etiam _____ hominem vehere potest.

17. Mercurius est _____ [: nōn homō, sed...] mercātorum et

_____ [= is quī verba inter hominēs portat] deōrum.

18. _____ est homō quī emit et vēndit.



Nōn sum nec leō nec equus, sum homō et vocor _____

Lingua Latīna - Capitulum X

Exercitium 2

1. Quid est leō?

2. Quid bēstiae ferae edunt?

3. Cūr leōnēs ab hominibus timentur?

4. Quae bēstiae in aquā natant?

5. Quae bēstiae volant?

6. Quid movētur cum avis volat?

7. Quot pedēs habet homō?

8. Equus quot pedēs habet?

9. Cūr equus volāre nōn potest?

10. Cūr piscēs ambulāre nōn possunt?

11. Hominēs natāre possunt?

12. Quis est Mercurius?

13. In pedibus et in petasō Mercuriī, quid est?

14. Quōrum deus est Mercurius?

15. Quid est mercātor?
